



# Disputationum philosophicarum quinta, continens positiones politicas & oeconomicas

<https://hdl.handle.net/1874/340877>

DISPUTATIONUM PHILOSOPHICARUM  
QUINTA,  
CONTINENS

Positiones Politicas &  
Oeconomicas.

QVAS

Favente Deo Opt. Max.

SUB PRÆSIDIO

*Clarissimi doctissimique viri*

D. M. ARNOLDI SENGUERDIL  
in almâ Ultrajeætens Academiâ Philosophiæ Profes-  
soris Ordinarii, Præceptoris sui æternum honorandi

*Publicè defendere conabitur*

FLORENTIUS SCHUYLIUS Sylvæducensis.

*Ad diem 25. Maii horis locoque solitis.*



ULTRAJECTI;

Ex Officinâ AEGIDI ROMAN, Academ. Ty-  
pographi, ANNO M. DC. XXXIX.

Nobilissimo Fratrum Pari,

D. IACOBO à THIENEN , Col-  
legii Saltuarii in Hollandiâ Adseffori dig-  
nissimo.

D. PHILIPPO à THIENEN , Le-  
gionis Brederodianæ Legato fortissimo , in-  
victissimæ Vrbis Sylvæducensis , ejus terri-  
torii , omniumque fortalitorum in eo sito-  
rum Progubernatori vigilantissimo , cohortis  
Capitaneo Cordato , Christianæ religio-  
nis & libertatis propugnatori strenuissimo .

*Hæc Theses in grati animi & observantia  
symbolum,*

Offero ,

FLORENTIUS SCHVYLIVS.

*Resp:*

DISPUTATIONUM PHILOSOPHICARUM

Q U I N T A ,

C O N T I N E N S

Positiones Politicas &  
Oeconomicas.

T H E S I S . I.

Olitica ordine resolutivo tradi debet.

II.

*Objectum* Politicæ est respublica.

III.

*Finis* Politicæ est beata civium vita.

IV.

Homo rectè dicitur à philosopho animal politicum.

V.

In statu innocentiae vigissent etiam respublicæ.

VI.

Imperium civile & herile differunt specie.

VII.

Specifica rerumpub. distinctio à regime sumitur.

VIII.

Prudentia qua quis rectè potest imperare & præesse subditis est  
virtus requisita in eo qui rempublicam gubernat.

**I X .**

In eligendo summo Magistratu inter alia spectari debet amor erga, ea m reipublicæ formam quæ ei est administranda.

**X .**

Summa potestas non solis legibus nec solis hominibus, sed primo legibus si bonæ sint, secundariò hominibus virtute & prudentia excellentibus, committenda est.

**X I .**

Satius est Magistratum per suffragia quam per sortem eligere.

**X I I .**

Homini inferioris conditionis non facile concedendi sunt summi honores in administranda republ., nisi per gradus.

**X I I I .**

Tutius est ut à pluribus quam ab uno tantum determinetur quod à lege non est manifestè determinatum.

**X I V .**

Æquum est ut regi aliquod præsidium concedatur.

**X V .**

Senatu carere nulla res publica potest.

**X VI .**

Iudicia sunt necessaria in republica.

**X VII .**

Oligarchia magis est obnoxia mutationibus quam Aristocratis;

**X VIII .**

Contumeliosa civium tractatio, avaritia & ambitio præbent occasionem seditionibus.

X I X.

In conventibus rationes potius ponderandæ sunt, quam vota numeranda.

X X.

In optimo & rectissimo statu reipublicæ requiritur, ut cives neque admodum divites, neque admodum pauperes sint.

X X I.

Communio Platonica bonorum & possessionum multa incommoda adfert reipublicæ.

X X I I.

Artifices in numero civium sunt habendi.

X X I I I.

Ex solis pauperibus & servis non potest constare respublica.

X X I V.

Iniquissimum est aliquem ex civitate ejicere propter excellentiam virtutis.

X X V.

Ea civitas est optimè constituta in qua cives sunt virtutis studiosi.

X X VI.

Otiosi non sunt tolerandi in civitate, ut neque Zigari.

X X VII.

Perfecta civitas non potest constare ex uno tantum hominum genere, sed requirit homines diversæ conditionis.

X X VIII.

Solum jus habitationis non facit propriè civem, ut neque locus in quo aliquis nascitur,

**X X I X.**

Ecclesiastici quoad politica subjiciuntur majestati.

**X X X.**

Uni homini aliquando plura publica negotia recte committuntur.

**X X X I.**

Adolescentes exercendi sunt in ejusmodi cantionibus & melodiis  
quæ conferunt ad confirmandos bonos mores & excitandos eorum  
animos ad amorem virtutis & honestarum actionum.

**X X X II.**

Laudabile est adolescentes in arte pingendi exerceri.

**X X X III.**

Exercitia & studia bellica è civitatibus non sunt exterminanda,

**X X X IV.**

Finis belli debet esse pax.

**X X X V.**

Proficiendum ne victores sua victoria ad libidinem abutantur.

**X X X VI.**

Adversus hostes licet stratagematis uti.

**X X X VII.**

Civitates mœnibus & fossis sunt muniendæ.

**X X X VIII.**

Ad ~~secūritatem~~ civitatis facit, quod in ingressu & ex-  
tremitatibus urbis domus perturbato ordine collocentur.

**X X X IX.**

Ad ornatum quod in media urbe ordinibus directis construantur.

In civi-

X L.

In civitate publica ædificia necessaria sunt.

X L I.

Gubernatori Reipubl. debet curæ esse ætas eorum qui matrimonium contrahere volunt, ne sint nimium senes vel juvenes, vel inter se dispare.

X L I I.

Conjuges sibi invicem debent fidem & reverentiam.

X L I I I.

Uxor debet etiam difficiles mariti mores tolerare.

X L I V.

Matrimonium non solum est propter propagationem verum etiam ut bene vivatur.

X L V.

Cæteris paribus virgo potius ducenda est quam vidua.

X L VI.

Uxor ducenda est optima & castissima.

X L V I I.

Maritus persuasum sibi debet habere uxoris erga se amorem & fidem esse singularem, quod idem de marito existimare debet uxor.

X L V I I I.

Inter omnes curas domesticas maxima debet esse circa liberos rum educationem & gubernationem.

X L I X.

Infantes alendi sunt lacte materno, aut si aliud haberi non potest, alterius alicujus nutricis, quæ atate & valetudine matri maxime accedit, si boni temperamenti sit.

L.

Matres dum lactant infantes non debent copioso vino uti.

Corpora

L I.

Corpora infantium moderato motu sunt exercenda.

L II.

In tenera prolis ætate cavenda est distortio membrorum.

L III.

Pueris exercitia quædam sunt præscribenda quæ non debent esse valde laboriosa.

L IV.

Cavendum ne pueri cum abjectis hominibus versentur.

L V.

Non permittendum est pueris, ut sint spectatores comediarum, in quibus personæ in honestæ de amotibus aut aliis lasciviis colloquentes introducantur aut turpes gestus repræsententur.

L VI.

Servitus non est contra naturam.

L VII.

Ad scientiam herilem requiritur ut dominus rectè servis suis imperet & ea quæ mandavit tempestive ab iis exigat.

L VIII.

Modus acquirendi ex agricultura est optimus.

L IX.

Mercatura est honestus modus acquirendi possessiones.

F I N I S.